

1647, 7

17

50.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ ΦΙΛΟΣΟ-
ΦΙΚΟΝ
NUTRITIONIS PHYSICÆ
varios Missus exhibens;

Quod
Incluti Senatūs Philosophici indultu & permissu
ARBITRO & Convivii Patre
Eximio & Præstantissimo

Dn. M. JOHANNÉ WALTHERO,
Gavdicensi Misnico, SS. Theol. Stud.
delibandum degustandum
apparat

Promus condus
PHILIPPUS JACOBUS SAGHS, *Vratisl.*
Magisterii Candidatus,
In Cænatione Philosophorum consveta
Horâ VIII. matut.
Ad diem 27. Novembr.
Anni MDCXLVII.

LIPSIÆ, Typis Hæredum TIMOTHEI HÖNII,

L. D. Michael



STIMULON BILAZO
NUTRITIONIS PHYSICAE
Varios Modos exhibens;

In
Facienda Praeceptorum Indivisa & Separata
AUCTORE


Do. M. JOHANNES WALTHERO.

Graduatus in Medicis, SS. Theol. Stud.

ANNO 1721

1721





Σὺν τῷ Θεῷ Τρῖσαγίῳ!

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.



Ymposium apparamus! non Rectum, Dubium, aut Trimalchionis, censumve Eqvestrem consumens convivium; sed Philosophicum, sed Platonico non dissimile, animo potius quam latranti stomacho satisfaciens. Solebant olim ingeniosi obsoniorum Curatores & Apicii, anteqvam Gustationem inferrent meditato acroamate aures demulcere per mancipia quæ delicata Alexandria, aut lasciva Syene miserat; imò ad Symphoniam Regem convivii afferri, ad eandem & efferri. Quidnî & nobis hîc liceat *συναύλιον* aliquod præmittere, & avidos animos quantum pote ulterius accendere? Quota, quæso, hominum pars ad auream Critolai libellam revocat illud divinum *γνώθι σεαυτόν* & in se collatos universos Naturæ thesauros altiori mentis indagini subjicit? (a) Plurimi hîc tantum vident, quantum Nocturæ manè, (b) vitam silentio transigunt veluti pecora, (c) quæ, si cibum suggeras, ignava jacent, torpentq; præterita, instantia, futura pari oblivione dimittunt, cum potius, (d) quòd omne ævum & breve & fragile sit, reparandum Ingenio, (e) quo neque melius, neq; amplius in natura mortalium. Strenuè tantum pergræcando, pollicibiliter obsonando vivere se putant ut edant, non edere ut vivant. Idcirco tales Lurcones toto cœlo errare, nec aliâ de causâ cibos quotidiè ori ingeri, quam ut vires collapsæ restarentur, sequentibus Thesis affirmatum & demonstratum ibimus.

Joh. Woubber. Not. ad Petrõ. Satyr. p. 150.

(a) *Mart. l. 3. Epigr. 92.*
(b) *Salust. cat. c. 1. pr.*
(c) *Tac. 3H, 36. 1*
(d) *Plin paneg c. 78. s. 3.*
(e) *Salust. Jugurth. c. 2. f.*

THESES.

I. Anteqvam ipsum convivium aggrediamur, Gustatio inferenda est. Ut Romani olim ab Ovo, aut a Læticis cœnam auspicabantur: ita nos monente ingeniosissimo subtilitatum Magistro (b) à nominibus auspicamur, quippe

(a) *Martial. 3. 49. 13, 14.*
(b) *exer. 359. f.*

A 2

ut



(c.) *ὁ δὲ ἐξ ἑμῶν.* ut Philosophus testatur (c.) τὰ ἐν τῇ φωνῇ ἔστι τῶν ὧν ἐν ψυχῇ
cap. 1. παθημάτων σύμβολα, & (d.) cognito vocis ipsius usu, sapenu-
(d.) *Scal. ex. 1.* merò provehimur in rei perceptionem. Imo furere eos di-
f. 1. cere solitus (e.) Galen. qui aut nominis omiſſâ notatione, aut
(e.) *6. Meth. 6.* non firmiter percepto τῷ ὅτι ἔστι ad reliquam cognitionis se-
riem aggredi auderent; meritò itaq; Nutritionis Derivatio-
nem hic præmittimus.

II. Propullulat *Nutritio* à *Nutrio* quod Martin. à *νοτερός*
i. e. humidus, quod *νοτις* humor id sit, quo comprimis perficia-
tur *Nutritio*; Becmanno verò à *νεωτέρω* i. e. Juniores alo,
descendit. *Τροφή* autem à *τρέφω*; *Ναήρυγγ* à *ναρός* vel *νηρός*
humidus deducitur.

III. Porro cum πᾶν τὸ πολλαχῶς λεγόμενον ἀσαφές omnis
vox ambigua obscura sit, ne hic errorum Genetrix Æquivoco-
catio glaucoma objiciat, famosiora significata annotabim⁹.

IV. Sumitur vocabulum *Τροφή* à quibusdam pro *Alimen-*
Arist. 2. de A- *10.* Ex Punica Exemplorum messe unicum hoc sufficiat de-
nim 4. tit. 43. metendum: δοκεῖ δε εἶναι ἡ τροφή τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ vi-
detur alimentum alteri esse contrarium.

V. Interdum pro *Educatio*ne sumitur ab Aristot. haut in-
1. 10. Nicom. *6. 10.* convenienter, cum viventia corpora educari, eorumq; vita
naturaliter in multos annos prorogari nequeat, sine nutri-
tione atq; cibo.

VI. Sumitur quoq; pro ipso *Actu Nutritionis*, variâ tamen
rursus usurpatione. *Primò* enim *metaphoricè*, ut (*) ignis pa-
() Arist. 2. de* *40.* bulo ustili, & flamma dicitur nutriri, cum lucernæ defectæ
Anim. 1. 40. humore, tenue & extremum lumen spargant, nî oleosis &
pingvibus rebus sustententur. Spuria verò hæc *Nutritio*
cum non à vivente fiat, quod

Nectar de liquido vertice fervidum
Guttatim lacrumis stillet olentibus;
Ambustum namq; enim vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.

Ex. 101. S. 17 VII. *Propriè* tamen rursus dupliciter usurpatur, *vel strictè*
à Scal. pro *ὁμοιώσει* saltem seu assimilatione alimenti; *vel*
latius omnes reliquas prævias alterationes & motus conti-
nens,

nens, expanditur, quæ significatio hujus loci est, & à Philoso-
pho recepta.

VIII. *Specialissima* tamen adhuc superest Nutritionis signi-
ficatio, quâ suâ civitate donârunt Medici & Pharmacopæi,
eâ significantes illam Medicamentorum humectationem,
quâ res saltem irrigantur, moxq; Sole vel igne exsiccantur,
iterumq; irrigantur & humectantur, toties repetitis vicissi-
tudinibus, donec humoris illius quem addere cupierunt, satis
imbiberint. Quâ ratione Sarcocolla lacte nutriri solet, A-
loe Aromatû decocto aut liqvore alio conveniente, Lithar-
gyros oleo. Significatio hæc prorsus hîc exulat.

Sennert. Inst.
Med l. 5. part.
3. sect. 2. c.
16.

IX. Purgatâ nunc, velut Augiæ stabulo, significatione legi-
timâ ab Æquivocationum quisqviliis, rectâ ad ipsam *περα-
ματολογία* contenderemus, nî paulisper adhuc subsisten-
dum, moneret aliquis Mercurius Evodius. Cùm enim ad
meliores cognitionem faciat, affinitatem Nutritionis cum
Augmentatione, itentidem vegetantis Animæ operatione
conferre, in quibus cum illa correspondeat, in quibus dissi-
deat, videndum est.

X. Convenit autem in *Materia* tum *in quâ*, tum *ex quâ*; in
causâ item *Efficiente* tam *Remotâ* quàm *propinquâ*. Et ad nu-
tritionem quoque, asserente Zabarell. commodè referri pos-
sunt veræ *Augmentationis* *κρησεις* & *Proprietates*, quas
Philosophus enumerat. Ut enim 1. *in Augmentatione* requi-
ritur, ut non solum Totum fiat majus, sed & quælibet ejus
particula; ita *in Nutritione* quoque non solum Totum, ve-
rùm etiam singulæ & minimæ Totius particulæ *ιδίως* dictæ
nutriuntur. 2. *In Augmentatione* id quod hoc modo auge-
tur ex materia aliqua extrinsecùs accedente majus fieri de-
bet; ita quo *nutriri* debet nutriendum corpus, ordinariè ali-
mentum extrinsecùs in ipsissimam rei substantiam recipi-
tur. 3. Deniq; *Augmentatio* requirit, ut idem maneat nume-
rò; ita *in Nutritione* quoque quod nutritur per omnem vitæ
periodum idem numerò persistere debet.

de Nutrit. &
Accret. c. 25.
l. de Facult. A-
nim. c. 11.
1. de gener. &
corrupt. c. 5.
tit. 32.

XI. Differt verò ab Accretione in *Formâ* & *Essentiâ* pro-
priâ, tum etiam in *Fine*. Non enim formaliter est motus,



Arist. 1. de gener. & corrupt. c. 5. tit. 41. Zabarell. de Accret. & Nutrition. c. 9. sed mutatio subita & tendit ad substantiam; *Accretio* verò ad Quantitatem. *Nutritio* respicit carnem apponendam ut est *μόνον δυνάμει σαρξ*; *Accretio* verò ut *δυνάμει ποσῆ σαρξ*. *Finis Nutritionis* est similis substantiæ in locum perditæ partis repositio: *Accretionis* verò ad Animæ operationes edendas, majoris quantitatis acquisitio.

XII. Remoto jam Afello cum Promulside, restauratis mensis ipsum convivium subjungimus, quod Definitionem Nutritionis continet, cujus ubi singulæ partes frustratim resolutæ & dissectæ, totum negotium ad Mala perductum erit.

Exerc. 101. f. 17. XIII. Quamvis verò plurimæ passim *Definitiones*, qualis illa Scalig. *Nutritio* est Unio naturalis nutrimenti transmutati; aut Lud. Vivis Hispanorum Senecæ à Scalig. improbata; *Nutritio* est conversio nutrimenti in corpus animatum; extent, quæ suo sensu & cum grano salis acceptæ tolerabiles adduci possent, perfectiorem tamen evidentiorēque Zabarellæ Definitionem lubet nostram facere; cujus Genus, ut in Accidentibus fieri solet, à Formâ, Differentia à reliquis causis desumta est.

de Nutrit. & Accr. c. 25.

XIV. Definitio illa est talis: *Nutritio est aggeneratio partium materia in corpore vivente ex alimento extrinsecus admoto, facta ab Anima per calorem naturalem, ut materia quæ effluxit restauretur, & ipsum vivens servari possit ad illud usque tempus quod est ipsi à natura præscriptum.*

XV. Nunc ut quali face accensâ omnia fiant clariora Definitionem resolvendo & per suas causas examinando, quæ causa Efficiens, tum quæ Materia, & quotuplex ea, quæ Forma, & tandem quæ causa Finalis, inquiramus.

Arist. 2. de Anim. c. 4. tit. 36 XVI. *Causa Efficiens Principalis* jure optimo statuitur ἢ ψυχὴ φυσικὴ sive θρεπτικὴ *Anima vegetativa*, utpote quæ ἐξ ὧν τὸ σῶμα αἰτία καὶ ἀρχὴ, viventis corporis, cujus solum nutritio est, causa atque principium, & actus primus corporis organici physici, quo illud vivit, & nutrimento assumto nutritur, augetur, & sibi simile in specie gignit.

XVII. Merum namque somnium est Empedoclis opinio, Nutritionis causam ab Elementis provenire statuentis, ita ut
Planta

Planta nutriatur sursum propter ignem, deorsum autem propter terram. Cum enim Elementa materiae potius quam Formae rationem obtineant, materiae autem proprium non sit terminare, eò quòd ex se vaga & errabunda sit, sed solius Formae à quâ materia terminetur atque limitetur, nec ignis nec ullum aliud Elementum quod materiae solius vicem in mixtis sustinet, causa Nutritionis esse potest, sed Anima ipsa.

XVIII. Proficisci autem ab Anima principaliter Nutritionem, Arist. hoc probat medio: quia stirpes & Animalia secundum omnes positionum differentias & contraria loca (quod Nutritionis & Accretionis est requisitum) hoc est sursum ac deorsum, ante & retrò, in dextram & sinistram partem aluntur atque augentur. Nulla autem Forma (quam Stoici Nutritionis causam finxerunt) quæ non est Anima, secundum contraria loca agit, sed ad unam differentiam determinatâ, ut videre est in Elementis & mixtis omnibus inanimatis.

XIX. Cum verò Anima tanquam Substantia non possit esse immediatum operationis suæ principium, nec sine Accidentibus consistat, nec sine illis agat Substantia, ideo in Nutritionis operatione dandû aliquid, quo mediante operetur, id quod est Animæ vis sive *Facultas Nutritiva* ab ipsa ceu effetrice causâ dependens, & per emanationem simplicem sine ullo Efficientis conatu & patientis renixu ab Anima prodiens, illamque sicut umbra corpus immediatè sequens; cû Facultates Animæ nihil aliud sint, quàm causæ quædam conditio & aptitudo, quâ Anima ad operandum efficax sit, teste Zabarell.

XX. *Causa minus Principalis & quidem Impulsiva est Fames & Sitis.* Ut enim Philosophus ait: ἡ πείνα θερμὸς καὶ ἕψυγος Fames calidi & sicci est: ἡ δὲ δίψα ὑγρὸς καὶ ψυχρὸς Sitis verò frigidi & humidi appetitus. Ob defectum namque reparandum & appetitum restringendum partes illæ depauperatæ ex venis alimentum attrahunt, venæ à ventriculo velut ciborum promptuario suum quoque exposcunt, ubi si humidi fuerit defectus, excitatur animalis appetitus humidi, qui Sitis est: si defectus sicci ex sensu suctionis oritur appetitus sicci, qui est Fames.

XXI. Ven-

2. de Anim. c.
4. tit. 37. & 41
Id. 9. Metaph.
2. tex. 3.

Zabarell. 2. de
Anim. tit. 14.

Conimbr. l. 2.
de Anim. c. 3.
p. 4. art. 2.

l. de Facult.
Anim. c. 4.

2. de Anim.
c. 3. t. 28.



† Senn. Instit.
Med. l. 1. c. 9.

XXI. Ventriculus namque à Creatore sapientissimo non solum † appetitu naturali, quo sibi tantum de alimento prospiciat, donatus, sed etiam animali exquisitissimo sensu conjuncto, * ob nervos duos insignes à sextâ conjugatione ortos, quo non tam suam, quam universi corporis indigentiam percipiat. Unde reliquæ partes etsi appetant & restaurationem alimentorum desiderent, nullâ tamen sensibili afficiuntur molestiâ, † aliâs nisi suctio per ejusmodi vasa sensu carentia fieret, animal cum *αἰσθητικῆ* conflictaretur.

† Galen. 16.
Uf. Part. 12.

XXII. Videtur autem potissimum talis esse *Famis & Sitis*

Gal. 1. de Caus. series.

Primò fit membrorum inanitio deficiente alimento. Hanc excipit tractus membrorum conantium ad se allicere alimentum cujus inopiam sentiunt. Succedit suctio membrorum, quando membra sugunt venas capillares, venæ epar, epar venas mesaraicas, hæ intestina tenuia, hæc deniq; ipsum vellunt ventriculum. Inde ex hac suctione fit divulsio ventriculi & quidem in parte superiore, ubi inter tunicam communem & propriam ventriculi, ramulus à sexto nervorum pari dexter sparsus est. Hanc divulsionem tandem cum molestiâ conjunctam excitato dolore ob nervi tractum ipse appetitus insequitur, qui per ventriculi corrugationem animal ad quærendum nutrimentum stimulat.

* Fr. Valles.
Controv. Phil.

XXIII. Eadem ratio est in Siti. cum enim * Coctio in ventriculo Elixationi similis sit, non potest rectè fieri, nisi ubi adsit humor, neq; is exiguus: quiq; vehiculum alimenti sit & distributioni ejus inserviat.

2. de Anim.
c. 4. tit. 41.

XXIV. *Causa Instrumentalis est calor Naturalis.* Ille *συναιτίου πῶς μὲν εἶναι, ἔμην αἰσθητικῆς γὰρ αἰτίου, ἀλλὰ μάλλον ἢ ψυχῆς*: Concausa quidem quodammodo est, non tamen simpliciter causa, sed Anima potius, dicente Arist. Ut enim suprâ demonstratum, Anima omnium operationum nostri corporis verus Autor est, & Opifex, illa sola in nobis generat, nutrit, concoquit: utitur tamen calore tanquam instrumento proximo & ad operandum maximè idoneo, qui etiam administrator animæ est, quo alimentum intro receptum transmutatur & assimilatur.

Perer. l. 2. de
Nat. c. 14.

XXV. Du

XXV. Duplex autem statuitur in viventibus calor ; *Elementaris* unus, qui temperamenti est, & ignis substantiam inse-
quitur, non tamen huc spectat: *vitalis* alter, qui Animam con-
sequitur, salutaris, blandus atque prolificus est.

*Arist. de Jus.
& Sen. c. 4. de
Long. & brev.
vit. c. 5. 2. de
ort. anim. c. 3.*

XXVI. Omissio priori, vitalem calorem ad Nutritionem
conducere demonstrabimus, qui modò calor Naturalis, modò
vitalis, spiritus insitus, implantatus, congenitus dicitur, nunc
illum θερμὸν ἐμφυτον, nunc θερμότητα Φυσικὴν vocant, alii ca-
lidum nativum, innatum, πρωτόγονον, δευτέρον primigenium,
à primâ conformatione viventibus datum corporisq; partibus
insertum, indigitant.

XXVII. Rectius autem calidum Nativum appellatur, quàm
calor vel caliditas; non enim nuda intelligitur Qualitas, sed
qualitas cum Subiecto seu coneretur ex subiecto & qualitate,
corpus scilicet calidum & humidum.

*Sennert. Insti
Med. l. 1. c. 5.*

XXVIII. Cùm etiam calidum hoc primigenium ad omnes
actiones exercendas non sufficeret, aliud quoque calidum ad-
huc datur *influens* scilicet, quod à Principe corporis parte, corde
nimirum ubi spiritus vitalis focus & officina est, dimanans per
arterias in omnia membra influit, & calidum nativum fovet
& excitat.

XXIX. Absq; pabulo verò impossibile esset perdurare pos-
se calidum istud, idcirco duplex ipsi *Humidum* in quo niduletur,
substratum est; *Radiale* unum quod semini inest, & partium si-
milarium fibris ac staminibus in primâ corporis delineatione
implantatum est: alterum *adventitium* sive *nutrimentale*, quod
ex sanguine in Epate & Venis elaboratum, cordis calore ulte-
rius perfectum ad partes humido-radicali depauperatas excur-
rit instaurandas.

Sennert. l. c.

*2. de gener. A-
nim. c. 3.*

1. aph. com. 16

XXX. Non enim Humidum Radiale ita ἀναλλοίωτον καὶ
ἀφθαρτον est, ut prorsus per omnem vitam persistat, nec ullam
mutationis ideam subeat; ut tamen calor ipse non tam vorax
subiecti & domicili sui destructor est, ut culinaris, quâ de causâ
ἀνάλογον τῶν τῶν ἀστρον στοιχείων ab Arist. (a) vocatur; ita quoque
Humidum istud non adeò facile calori cedit, cùm & febrili, qui
tamen igneus à Galen. (b) dicitur, ad tempus resistat, etiam si pau-
co alimento restauretur.

*(a) 2. de gener.
Anim. c. 3.*

(b) 1. aphor.

XXXI. Ad comm. 16.

XXXI. *Ad causam instrumentalis classis pertinet quoque primaria vegetantis Animæ Facultatis, secundaria & ministra Facultates, quales sunt Attrahens quæ actionem suam beneficiam fibrarum Rectarum per membri longitudinem dispositarum: Retentrix beneficio obliquarum, Expultrix verò transversarum ministerio. Concoctricem* quam alii addunt ipsam Nutritivam Facultatem, quæ alimentum in substantiam partis convertit, asserim.

Galen. 3. de Fac. c. 8. §. II

Scal. ex. 343.

Ex. 307. f. 29.

XXXII. Non insipide verò Scalig. Efficientem causam ita depingit; qui Animam fecit, certis eam præceptis oneravit, partim generalibus, partim contractioribus. Illa sunt quæ pertinent ad unionem cum corpore observandam, cujus nullus Author extrinsecus esse debet. Ejus itaque studiosa movet cor, coquit in ventriculo, recoquit in jecore, perficit in venis, digerit in membra, mutat in corpus, unit, instaurat, redintegrat.

Zabarell. de Accret. & Nutrit. c. 24.

2. de Anim. c. 4. f. 37.

XXXIII. *Materia in quâ sive subjectum Nutritionis τὸ ζῆλον* est corpus vivens quod habet Animam, hoc est, corpus animatum quæ animatum est, quod solum alimenta assumit intra se, calidi vitalis virtute concoquit & digerit, iisdemque probe confectis se conservat. Nam, teste Philos. *τὸ ζῆλον ἴδεν, ὁ μὴ νοιώωντες ζῶντες* nihil alitur quod non communicet vitæ.

(a.) Magir. comm. in Phys. l. 5. c. 1.
(b.) Ex. 111.

XXXIV. Excluduntur ergò merito *Metalla* cum rectè jam dudum à Brighthio Scribanii opinio, metalla esse corpora imperfectè Animata, sit explosa; cum (a.) anima tanquam perfectio & absolutio rei non magis & minus recipiens, imperfectè adesse nequeat. Cardano quoque à (b.) Scalig. satis devictus, metalla perfectè animata non esse, cum nulla vitalia edant opera.

Pestilens
psell M Mart
Hammer. pag.
117. usq. 122.

XXXV. Denegamus Nutritionem *Cadaveribus Mortuorum*; quanquam enim nonnunquam contigerit, ut ex hæredes vitæ linteolò quòdam ori impositò illud depascere visi sint, imò propè talium sepulchra mortuorum palatum mirificè affici audierunt, astui tamen illud Diabolico ascribendum censemus.

XXXVI. Nec *Spiritus* tam bonos quam malos admittimus, cum, quibus Subjectum corpus non competat, nec affectio ejus attribui possit. Licet enim Sagæ & Cnidia veneficæ amassis, suis diabolicis pulmenta coquant; licet Angeli cibum capere visi sint, ille tamen non in eorum cessit substantiam.

XXXVII. Nu-

XXXVII. Nutritur autem totum viventis corpus & ejus partes tam ὁμοιομερεῖς similares (Scal. conſimiles rectius dici, autumat) qvām ἀνομοιομερεῖς diſſimilares (Scal. d. l. conſiſſimiles, Nic. Florent. officiales vocat) qvanqvā alia atq; alia primitate Similares qvidem primitate originis, diſſimilares primitate, ſcopi & intentionis naturæ, cūm propter compoſitas ſimplices illæ nutriantur.

XXXVIII. Nutrirī autem vivens qvām diu vivat expreſſè affirmat Ariſt. (a) & Medicinæ parens Hipp. (b) hominis vitam ſine cibo & potu tantūm ſeptem dierum aſſerit. Hoc univerſaliter verum eſt, ſi univerſaliter & indeterminatè de Nutritione ſenſibili & inſenſibili, ordinariā & extraordinariā intelligitur: ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν verò ſi particulariter determinatè accipitur. Sic namqve plantæ hieme alimentum vix aſſumunt: ſic Urſos tempore ſui latibuli per 40. dies nihil edere, cūm ita ſopiantur, ut ſe nihil moveant, author. Ariſt. Glires latentes & per aliquod tempus dormientes pingveſcere, patet ex uberrimo Naturæ Promo condo Plin. Hirundines per integram hiemem in fundo maris, lacuum & fluminum vitali actione omni deſtitutas jacere, redeunte vere calore Solis ad ſe quoqve redire, oculatus teſtis eſt Pet. Laurembergius. Qvod & de Ranis & Muſcis veſtum eſt, ſine omni cibo & potu intra limum & parietum fiſſuras hieme ſeſe occultantibus, in quibus calor ſpiritibus influentibus deſtitutus, tantum abeſt ut nutrimenti reſeſtione indigeat, ut etiam appoſitum nutrimentum conſumat, donec à calore Solis redeunte vere, ruruſus animetur. Cūm enim talia Animalia æſtate multos crudos ſuccos collegerint, quos caloris imbecillitate concoquere non potuerint, hibernō tempore nativus calor in eos incumbit, concoquit & inde nutriuntur. Debilitatis enim actionibus vitalibus & animalibus ſomnō & otio, calor aliquantum infringitur & mitior evadit, ut humidum ſuum tam largè neqveat abſumere, nec Spiritus adeò diſſipantur; idcirco ubi non adeſt illius reſtaurandi neceſſitas, tanqvam finis nutritionis, neqve ipſa aderit, puta ſenſibilis, cūm (a) Natura non agat niſi propter finem, & (b) præter neceſſitatem nihil faciat.

l. 1. de plant:

tr. 1. par. 1. c. 3. 0

Zabarell. de
Accret. c. 18.

a) l. 1. de gen.

c. 5. Zab. de
Accret. c. 2.

b) l. de Carnib.

8. Hiſt. Anim.
c. 17.

l. 8. c. 52. l. 29.

c. ultim. Mart.

13, 59.

Acer. Phil. cēt.

3. cap. 71.

Magir. comm.

ad l. 6. Phyſ. c. 3

(a) Ariſt. 3. de
Anim. c. 6.

(b) Id. 1. de ge-
ner. Anim. c. 4.

B 2

XXXIX. In

(c) Volater-
ran. l. 9.

(d) Crantz. l.
8. c. 39.

(e) Lauremb.
Acer. Phil. c.
3. cap. 33.

XXXIX. In hominibus quoque non semper talis Nutri-
tio adest. Ut enim jam Sabinorum illa Somnia & fragmenta
(c) de VII. illis Tyrannidem Decii aufugientibus & in monte
Cœlio non procul ab Epheso per 196. annos dormitantibus,
sicco prætereamus pede; nihil quoque de (d) Lubecensi illo se-
ptennium sine cibo & potu dormiente, itemque (e) Epimenide
Cretensi per 57. annos in specu delitescente addamus; ubi vis
in Medicorum Libris obvia fiunt talia Exempla. Sic enim
Fœminam Coloniensem per 30. annos (Albert. l. 7. de Animal.
tract. 3. c. 3.) Johannam Joh. Balami Fabri Filiam Conflani in
Gallia quadriennium (Quercet. in diæth. Polyhist. l. 2. c. 4.
& Eman. Meteran. l. 23. Hist. Belgic. ad An. 1602.) Almericum
4. menses (Savanor. tract. 6. c. 13.) Apolloniam Schreyeram
septennium (Paul. Lentulus Bernens. singul. de eâ libell.) vir-
ginem Germanicam biennium (Simon Port. lib. de eâ) virginem
in pago Schmidveiler Palatin. (D. Theoph. Maderus) & Hal-
berstadiensem puellam octennium (Joh. Philip. Abelin. in
Theatr. Europæo Tom. 1. fol. 1001. ad An. 1625.) absque omni
potu & cibo vitam duxisse, adducti affirmant authores. Plura
quoque exempla videri possunt apud Johannem Matthæum
Cent. Diffic. Medic. c. 6. Cœl. Rhodig. l. 13 A. L. c. 24. Forest. l.
10. Obs. 40. Conimbric. de Gen. & Corrupt. l. 1. c. 5. quæst. 10.
Augustin. ep. 86. Fernel. l. 6 Pathol. c. 1. f. Rondelet. 1. de pi-
scib. c. 13. Joh. Schenck. 3. obs. med. 53. Plutarh. l. 8. Sympos. c. 9.
Lauremberg. Acerr. Philolog. cent. 3. c. 40. Greg. Horst. cent.
Probl. Medic. Therap. dec. 5. quæst. 7. Langius l. 2. Ep. 27. Jo-
bert. decad. 1. parad. 2. & c.

XL. Hos verò non divinitus servatos fuisse, non furtim
pastos, non aëre sustentatos (quomodo enim ille sufficit? aut
cur non omnes simili modo eo nutriuntur?) probabiliter asse-
runt Medici causas adducentes è Naturâ petitas. Cùm per
poros, inquirunt, non solum excrementa Tertiæ cōcoctionis sed
bona quoque pars utilis alimenti, quò nutriri debuissent partes,
diffletur, ut non immeritò Galen. dixerit, si nihil per exhalatio-
nem illius substantiæ quæ utilis esset, efflueret, sed moles sem-
per æqua servaretur, nullam fore nec alendi nec moriendi ne-
cessitatem: quapropter sæpè in talibus accidit, ut ipsorum pori
aliàs.

1. Aphorism.
comm. 15. § 1
de vict. acut.
comm. 44.

aliàs rarissimi penitùs constipentur & conniveant, ut licèt ali-
quid ex venis & arteriis per ἀνασώμωσιν & ἀναπέδωσιν exhalet,
& ad cutim pertingat, constipatione tamen hâc cohibetur, con-
sistit, & paulò post intra venas recipitur, atqve hâc κύκλω γενέ-
σσι novæ materiæ quæ nutrire possit diutiùs Animal servatur
absqve Alimento. (*) Et humor ubi tenax, benè concretus &
compactus, nec calori nutrimentum depascentis cedens, ibi
calor mitissimus pauxillo quoqve alimento contentus est.

(*) Sennert:
l. 2. Instit. Me-
dic. part. 3. s.
2. cap. 1.

XLII. Nec minimum quoqve videntur momentum ad ta-
lem sustentationem Phlegma vel pituita conferre, quæ crassa
nimis & viscosa interdum vices nutrimenti externi supplet, ut
videre est ex populis Lucumoriam ulterioris Sarmatiæ Regio-
nem incolentibus, qui quotannis d. 27. Nov. præ intenso frigo-
re obdormiunt; mox pituita è naribus effluens ibi concrevit
ad terram usqve extensa, cerebrumqve ita quod maximè ob pa-
tentes narium meatus periclitatur à frigore, obvallatur, minus-
qve pervium redditur: redeunte autem vere d. 24. April. revi-
viscunt. Sed hæc omnia uti à Medicis afferuntur & disputan-
tur, ita malumus ad illos remittere, quàm nobis hîc virgulam
censoriam sumere. Nam & hâc controversiâ illud Scalig. no-
strum facimus: Magnæ Sapientiæ humanæ pars est, quædam
æquo animo nescire velle.

Franc. Citesius
in lib. de Virg.
Conf. & Alex.
Ganghin. in de
script. Moscov.

XLII. Malè tamen indè Platonicos colligere, cum Fernel. 5. Phys. c. 13.
qui postliminio ipsorum sententiam caduceo suo ab orco re-
vocavit, in propatulo est, audacter asserentes, vitalem faculta-
tem à nutritivâ posse sejungi, atqve illam intra hanc vel læsam
vel labefactatam vel prorsùs extinctam, salvam ad multum
tempus perdurare posse. Omne namqve Animans, quamdiù
vivit, nutritur, sive id fiat ad sensum, sive modo quodam insen-
sili, cum Anima non nisi corporis organici forma sit, & ubi hæc
adsit ipsius operatio una vel altera planè tolli neqveat: (*) ita
quando nutriri ampliùs neqveant viventia, necessariò mori-
untur.

(*) Zabarell.
de Accret. c. 2.

XLIII. Sed nè diutiùs hîc hæreamus & exorbitemus, pro
subjecti diversitate, pro variâ partium ἀναπληρώσιν & restauratio-
ne, modis quoqve diversis. Vivens enim infimum vitæ gradum
tenens.

B 3

tenens.

tenens imperfectè nutritur, ut Plantæ, quæ solò succò terræ ali-
menti locò fruuntur : Bruta verò excellentiori vitæ gradu
gaudentes, excellentiore quoque alimento, Plantis vescuntur :
Homo denique qui nobilissimâ vitæ conditione donatus, lon-
gè præstantius efflagitat alimentum, fruiturque & plantarum
substantiâ & brutorum carnibus.

XLIV. *Materia ex quâ sive Objectum est Alimentum* corpus
nempè mixtum, corpori animato ante concoctionem quodam-
modò contrariū, postea tamen illi simile, ita ut corpus augeat.

(a) Joh. Schræ-
der. Pharmac.
M.d. Chym.
l. 1. c. 11.

(a) Paracelsistæ Nutrimētum definiunt materiam humido-
spirituosam, quæ vi & facilitate rei nutricandæ præparetur, sub-
indèque alterata, mutata, determinata membris incorporetur.

(b) Conimbr.

XLV. Vocatur autem *corpus Mixtum* alimentum, (b) cūm
nullum Elementum purum à vivente vinci & infringi possit,

1 gen. & corr.

e. 5. q. 7. art. 2.

(c) Laurem. A.

cer. Phil. 3, 80.

(d) Bartholin.

Controv. Anat

l. 3. q. 11.

(e) Lauremb.

Acer. Phil. 3, 88

quod hîc in omni concoctione ante assimilationem alimenti
præcedere oportet. Non enim hîc obstat (c) Haleces aquâ tan-
tūm, chamæleontem aëre saltem (quod (d) tamen falsum esse

observarunt Ferdinandus Imperatus & Libavius, cūm scilicet
muscas prætervolitantes lingvâ exertâ capiat) Salamandram

igne (cūm & hunc igne (e) consumi suò damnò expertus est
Anton. Musa Brassavola) tantūm vivere, cūm hæc impura sint,

non pura, idèdque non ut Elementa sunt, nutriant. τὴν τρο-
φήν δὲ εἶναι σύνθετον καὶ γὰρ τὰ τρέφόμενα ἔχ' ἀπλά ὄντι: ο-
portet cibum esse compositum, etenim quæ nutriuntur, non
esse simplicia, asserente Philosophorum Principe.

1. de sens. &
sensib.

XLVI. Hinc patet, *aqua potum non nutrire*, cūm eodè affir-
māte ἔδὲ τὸ ὕδωρ ἐθέλει αὐτομόνον ἀμικτον ὄν τρέφειν, σώματῶ-
δες γὰρ εἶναι δὲ τὸ συνησόμενον. neque aqua vult ipsa sola nutri-
re immista existens: corporeum enim aliquid oportet esse con-

(f.) Fr. Valles.

Controv. Med.

& Phil. l. 6.

e. 6

(g.) 4. part a.

phor. 13. & 3.

de viēt. acut.

Gram. 17.

stituendum. (f.) Ipsi etiam Substantiæ modus id indicat,
quia aqua tota sero similis, fluxa, nullius pinguedinis particeps
quæ affigi possit & affixa nutrire : & ita fluxior est quàm ut
membra nutriat, crassior verò, ut spiritus per se augeat. Quod
& (g) Galen. suò tanquã prætoriò subsignat calculò, aquam ne-
que epotam, neq; extrinsecus occurrentem aptam esse solidas
animalis partes humectare.

XLVII. Nec

XLVII. Nec Odores (b) quatenus odores, id est, Acciden-
tia, possunt substantiam corpori agglutinare & novam appone-
re. (i) In eo enim quoque similitudo habetur corporis alendi
& ipsius alimenti, ut utrumque sit substantia. Nutrire tamen
dicuntur improprie, quatenus spiritus vitales & animales, a-
deoque cor ipsum & cerebrum blando quodam halitu perfun-
dunt, atque ita reficiunt, ut calidum & humidum nativum ad
tempus sustentari possit; quâ ratione (k) Democritus in gra-
tiam suæ Sororis triduo vitam odore panis calidi prorogasse
fertur, & mœchus ille (l) fame tandem enecatus, multos dies in
carcere ex nitore carnis assatæ quæ ipsi quotidiè afferebatur, ut
acerbior longiorque cruciatus, servatus fuit.

XLVIII. Nec proprie quoque nutrire possunt *Emplastra* sto-
macho apposita, aut *Clysteres* per anum injectæ ex vino, cre-
more hordei, lacte, vitellis ovorum, jure carniū paratæ, de
quibus Franc. Valles. contr. Med. & Phil. l. 8. c. 3. Celsus l. 3.
c. 20. & 29. Ruffus apud Oribas. collect. l. 8. c. 24. Mercurial.
in quæst. Pisan. Histor. 21. Laurent. l. 6. quæst. 14. Aetius Tetrab.
3. ferm. 1. c. 1. & c. quandoquidem cum nutrirī necesse sit a-
nimalis particulas, ingressus cibariis unus per os sit, teste (a)
Galeno. Cum etiam (b) corpus nostrum alatur sanguine, san-
guis non nisi fiat ex chylo prius in ventriculo è cibus elaborato,
patet, nihil alere posse, nisi quod in ventriculo coctum sit. Et
quamvis (c) Galenus aliquam intestinīs vim coctricem tribuat,
tamen ea tantum est (d) chylum amplius elaborandi, non verò
rudimenta ponere & cibos ipsos aggredi. Nec materia clisma-
tum naturaliter in intestina tenuia deferri potest, (e) cum nec
jejunum attingant, ob valvulam principio coli appositam & à
Bauhino inventam. Reficere tamen illas aliquantulum, cor-
porisque exsiccationem humectatione impedire, non imus
inficias.

XLIX. Porro Alimentum juxta Arist. corpori alendū debet
esse *Simile*, si enim non esset simile ante concoctionem potentiā
saltē remotā, utique nullo modo in substantiā rei alendæ, quot
quot præeuntibus alterationibus tale nutrimentū transire pos-
set. Simile quoque fit actu ipso, dum alimentū ritè coctionibus
sub-

(b) Scat. ex.

303.

(i) Aristot. de
sens. & sensil.

c. 15.

(k) Plin. H. N.

l. 7. c. 2.

(l) Mag. com.

ad l. 6. c. 9. s.

29.

(a) 4. de Usa

part. c. 1. & 1.

de Fac. nat.

c. 10.

(b) Senn. l. 5.

Inst. Med. part

2. sect. 3. c. 4.

(c) 4. Usa part.

c. 17.

(d) Id. 5. M.

M. 11.

(e) Id. 13. c. 17.

subactum partibus appositum fit caro, nervus &c. & ita verum

(f.) *Arist. de A-* (f.) ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ τρέφεται.
nim. c. 4. l. 44.

L. Intelligendum tamen hoc non ἀπλῶς sed κατὰ τι & relativè, quando scilicet nutrimentum conveniens est illi viventi, quo nutritur. Sæpius enim quod (g) uni viventium speciei convenit, alteri accommodatū non est, quod uni alimentū, alteri venenū ob temperamentorū diversitatē, nec (h) quodlibet eutilibet in nutrimentum cedit. Ita videmus coturnices Elleboro, Equos foeno, Hirundines Cantharidibus, anates muribus, gallinas araneis, Pavones lacertis, Ursos formicis, cervos serpentibus, lucios bufonibus absque noxâ nutriri, &

Lucret. l. 5.

— pingvescere sæpè cicutâ

Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

LI. Sæpè etiam peculiaris constitutio ventriculi & intestinorum ἰδιοσυγκροσία hîc in causâ est, ut struthiocamelus ferrum possit digerere, ut Lazarus ille Columbi vitra deglutita concoquere; (i) Claudius Lotharingus ille lapides, ligna, ossa, leporinos pedes cum pilis, pisces viventes, metalla,

(i) *Senn. Para-*
lip. 2. ad l. 3.
Pract. Medic.
part. 1. f. 2. c. 5

(k) *Nicol. Ist-*
huanf. l. 8. rev.
Hung.

sebum, animalium stercorea, testas cochlearum dentibus confringere & deglutire; (k) Petrus Corogius Hungarus Ludovici Regis Aulicus mures vivos, præcisas felium caudas, abjecta in plateis cadavera tabo vermibusque scatentia, absque ullâ nausæâ mandere vorareque potuerit. Suillam oluere profapiam, quorum ventriculus è stercore aliorum animalium adhuc chylum producere potest, ut illum non immeritò subtilissimum Alchymistam vocare ausit Paracelsus.

(l) *Q. Curt. 5,*
5, 21.

LII. Nec solùm ob Temperamentorum diversitatem, & peculiarem constitutionem, sed etiam ob consuetudinem (l) quæ naturâ potentior est, id effectum, ut venenum dum vel in pauxillâ primum quantitate, vel medicamentis præsumtis assumptum in alimentū postea cesserit, ut videre est in (a) Mithridate Ponti Rege, qui ita venenis assueverat, ut nullum exinde damnum perceperit. Anates Ponticas veneno victitare, author est (b) Gellius. Filius (c) quoque Cambajæ Regis veneno educatus est; ut alia exempla hîc silentii sipario involvamus, quorum aliquot adducit Pet. Lauremb. in (d) *Acerr. Philol.*

(a) *Plin. l. 25.*
H. N. 2. Mart.
5. Epigr. 77.
Gal. 1. de Antid. c. 1. § 2.
Cor. c. 25.
(b) *17. N. A. 16*
(c) *Scalig. ex.*
175. f. 1.
(d) *cent. 3. c. 41*

LIII. An-

LIII. Antequam frumentorum, leguminumque vario-
rum cognitio nem Majores sibi comparaverint, cum arbor

Et pecus & Dominum communi clauderet umbra
plurimi glande vescebantur, ut (a) Arcades, & (b) Hispani;
alii peculiariter eorum fructuum genere, quibus abunda-
bant, ut (c) Argivi pyris, Athenienses ficibus, Medi amygda-
lis, Indi arundinibus, Persæ Terebinto & Nasturtio, Ægy-
ptiiloto; & nunc temporis quoque Arabiæ Petreæ incolæ
Palmarum fructibus quos Dactylos vocant, buccellasque pa-
nis à prætereuntibus mercatorum turmis, quas caravannas
appellant, emendicatas obsonii habent loco: hodierni Per-
sæ & Indi plerique omnes Orientales oryzâ & fructibus hor-
tensibus utuntur; Islandi panibus ex farinâ frigore indura-
torum piscium pistis; (d) Indi quidam ex Hieræ Radice
sicca, (cujus succus lethalis) farinam & panem saluberrimum parant. &c.

(a) *Ælian.* 3.
H. Var. 39.
(b) *Plin.* 16, 3.
(c) *Ælian.* 1. c.

(d) *Scal. ex.*
153. f. 5. & 8.

LIV. *Simillimum* verò homini alimentum tanquam *ἐυχου-
μοι καὶ εὐπέπτοι* cibi sunt carnes animalium (e) utpote magis
ad substantiam hominis accedentes (absit enim ut Pytha-
goricam Animæ coloniam vereamur) quàm plantæ, quæ à
corporis nostri naturâ longiùs absunt; & in quibus quia ma-
jorem qualitatum excessum habent, succumque vitiosorem,
quod vel sapor indicat, calori nostro plùs laborandum est in
digerendis & coqvendis, quàm in animalibus.

(e) *Sen. Instit.*
Med. l. 4. part.
1. c. 3. p. 834.

LV. Hic de cibi & potus genere, quantitate seu men-
surâ & modo, item de rebus nonnaturalibus amplissimus es-
set dicendi locus, ne tamen falcem nimis in Medicorum mes-
sem immittamus, spontè ea hic prætermittimus, & Noscendi
cupidos ad Julii Alexandrini Salubrium libros, Henr. Razov.
de conserv. valetud. Sennert. Instit. Modic. aliorumque li-
bros remittimus.

LVI. Requiritur tandem *Alimentum esse contrarium*,
cum juxta (f) Aristot. *ἡ μεταβολὴ πᾶσιν εἰς τὸ ἀντικείμενον ἢ* (f) 2. de Animo.
τὸ μεταξὺ mutatio omnibus sit in contrarium aut medium, 4. t. 44.
nutrimentum verò coqvatur & mutetur in nutriendum, se-
qvitur debere esse illi contrarium quod nutritur; & nihil a-

C

git

git quoque in seipsum. Contrarietas tamen hæc respicit alimentum ante coctiones; si enim omninò simile foret, nulla institueretur actio, aut si absolutè contrarium, ita ut ab eo propter affectionum discrepantiam natura & conditio viventis profusus abhorreret, decoqui ab eo non posset, (l) nec ab alteratrice facultate vinci & ad ipsam conversionem accommodari.

(l) Arist. 1. de gen. & corr. c. 5. f. 38.

LVII. *Forma est aggeneratio partium materiae vel assimilatio nutrimenti.* Non tamen est propriè generatio, quia nihil generatur, nisi quod novam formam adipiscitur; nutritio verò licet substantiæ mutationem intendat, tamen non totalem novâ accedente Formâ, sed partialem saltem, dum scil. partibus materiæ præexistentibus, formamq; suam habentibus nova aliqua materiæ pars apponitur, & ad illam materiæ partem informandam ipsa forma excurrit.

LVIII. Antequam verò alimentum extrinsecus assumptum aggenerari possit, & contrarietas tollatur *concoctionibus* opus est, quæ illud magis magisque alterando tandem in substantiam corporis nutriendi convertant. Hanc (a) Hermetici definiunt nutrimenti fixioris volatilisationem & *Chym. l. 2. c. 15 πνευματώσιν* seu spirituisationem.

LIX. Hæ autem concoctiones non in omni vivente unius generis sunt. In Plantis enim saltem tertium locum habet, cum (b) secundum Aristot. plantæ à tellure radicibus hauriant *τὴν τροφήν κατεργασμένην*, in radice verò perficiatur *ἢ πᾶσις ὡσπερ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῶν ζώων.*

LX. Analogicè tamen tres illos digestionis gradus ipsis quoque ascribi posse non refragamur. Cum enim juxta (c) Scalig. Planta homo inversus, & homo planta inversa dici possit, & (d) *ὡς ἡ κεφαλή τῶν ζώων, ἔτις αἱ ρίζαι τῶν φυτῶν* quod caput animalium, illud radices plantarum, illæ secundum primores partes terræ cohærentes succum inde excipiunt & præparant, illumque in quibusdam partibus interioribus ceu ventriculo absolvunt, postea in venis (absque tamen jecinore) amplius elaborant, denique sibi assimilant.

(a) ex. 140. f. 2
(b) Arist. 2. de Anim. c. 4. t. 38.

LXI. Con-

LXI. Concoctionum autem quæ perfectè fiunt, duo sunt genera; (e) aliæ enim sunt publicæ, alia privata. Concoctio quæ ob communem totius corporis usum fit, præcipuè peragitur in membris naturalibus Epate & ventriculo: altera tantùm ob alimentum & usum partis, in quâ fit, instituitur. De his aliquantulum accuratiùs sumus indagaturi.

(e) Senn. In-
stit. Med. l. 1.
c. 9. p. m. 56.

LXII. Cùm itaque (f) os se habeat ad ventriculum ut coquus ad lebetem, in quem carnes non integras sed concisas immittit, & ligna minutim scissa citiùs à calore ignis experitur subigi; alimentum etiam assumptum dentibus conteritur & frangitur, quia (g) in ventriculo non coqueretur, nisi prius liquaretur, liquari autem non posset vel ægrè admodum, nisi priùs esset contritum & contusum. Masticatus ita cibus in ore (h) salivæ humectatione, oris item calore, & tunicâ quæ cum ventriculo communis est attrectatione, primam alterationem & præviam futuræ coctionis dispositionem indipiscitur.

(f) Conimbr. 2
de gen. & cor.
l. 5. q. 3. art. 1

(g) Zabarell. de
Accret. & Nutrit.
c. 2.

(h) Fr. Valles.
Contr. Phil. &
Med. l. 1. c. 13

LXIII. Natura inde, quæ (i) μή ἀναλείπει ἀναγκάων non deficit in necessariis, quod animalia quædam unica saltem dentata maxilla ritè contereere alimenta nequeant, damnum suum compensavit, & illa duobus, aut tribus, aut quatuor ventribus reticulo, omaso & abomaso instruxit, ut ibi ulterius præparata ad ventriculum deferantur, quam geminam masticationem Aristot. (k) Ruminacionem indigitat.

(i) Arist. 2. de
part. Animo.

(k) 2. Hist. An.
17. & 2. de
part. ani. c. 14

LXIV. Contusum alimentum in ore ad miniculo fibrarum Rectarum, tùm gulæ, tùm ventriculi per œsophagum detrusum, (l) in ventriculû popinam totius corporis delabitur ejusque fundum petit: ille cibum arctissimè amplectitur, (m) coquit tùm calore proprio, tùm adjacentium Epatis, lienis, cordis, viscerum, alterat & in succum cremori ptisanæ non ab similem convertit, qui chyli nomine venit.

(l) Galen. 4. Us.
part. 1.

Arist. 2. part.
anim. c. 3.

(m) Arist. 2.
part. an. 14.

Galen. 3. Fac.
nat. 13.

LXV. Præparatus itaque chylus & optima elaboratione levior redditus, à fundo assurgit & superna petit, sicque pylorum sive inferius orificium ventriculi antea clausum stimulando quo reseratur, efficit; ibi in Duodenum intestinum primò propellitur, & in se juni Ileosque plicis detentus, (n) à vi ipsorum coarctice amplius elaboratur, & sic prima coctio terminatur.

(n) Galen. 4.
Us. part. 17.

& 18. Introd.
c. 11.

C 2

LXVI. Cùm

LXVI. Cùm autem materia concoqvenda sit Hetero-
nea, nec omnia ad coctionem apta, ideò natura hìc utile sepa-
rat ab inutili, & excrementum crassũ, quod feces alvi vocant
(b) Gal. 3. Fac. nat. 11. § 12. in Intestina crassa deturbat, ubi *(b)* cùm ea vis cujusque partis
sit, nihil redundans, nihil supervacuum ut toleret, sed quan-
tum robore potest à se amolitur, ideò intestina tandem co-
pia Excrementorum irritata laxato sphinctere per rectum in-
testinum excernunt.

LXVII. Serum verò sive aqvosum quod perperam pri-
(c) Galen 3. Fac. nat. 14. 4. Us. partium c. 5. mæ concoctionis excrementum statuitur, retinetur adhuc, ut
chylus *(c)* tanquam crassus aqvofo hoc vehiculo diluatur,
utque arctiores venas transire possit; quà ratione ab Hipp.
ἐχνηα τροφῆς vocatur.

LXVIII. Chylus squallidis excrementis depuratus non
(d) 5. Loc. aff. c. 7. à venis mesaraicis arteriisque, ut plerorumque hactenùs de-
pravata fuit opinio, exsugitur, quas inde Galenus *(d)* manus
(e) Id. 4. Us. part. 2. Hepatis, & *(e)* bajulos vocat, qui in civitatib9 repurgatum in
cella penaria frumentum ad communem aliquam civitatis
officinam deferant, coqvendum ibi & ad nutriendum uti-
le futurum: sed à quarto vasorum mesaraicorum genere, ve-

(f) Differt. de lact. c. 9. nis scilicet lacteis sive lactibus; quas An. *(f)* 1622. d. 23. Julii
Casp. Asellius Cremonens. Anatomicus Ticinensis in disse-

(g) Galen. 4. Us. part. 17. (b) Id. Isagog. c. 10. (i) Id. 6. Anat. 6. § 4. Us. part. 20. c. loc. Af. 3. ctione canis & plurimis postea Anatomicis confirmatus, in-
venit, & ita velum removit multorum errorum. Hæ *(g)* o-
scillis suis in intestina hiantes *(b)* inq; ipsam eorum anfractu-
um cavitatem (quod Galenus falsò mesaraicis suis venis as-
signat) *(i)* modo hirudinibus simili, aut instar radicum chy-
lum attrahunt, adeoque sociâ impulsione Intestinorum, tra-
ctu & impulsu venarum, ipsiusque Hepatis tractu in sangvi-
nis officinam delabatur; ut rectè sentit Jacobus de Partib. ex

(k) 1. dect. 5. sum. 5. c. 1. (l) Asel. l. d. cap. 29. *(k)* Avic. Et hâc ratione liqvet mera esse somnia, qui statue-
re prius necesse habuerunt *(l)* venas mesaraicas aut promiscuè
interdum sanguine pro nutritione intestinorum & chylum
ad præparationem sanguinis unâ vice portâsse, aut licet suc-
cessivè factum, unam eandemque particulam ad functiones
duas tam inter se dissitas & sibi repugnantes adstrictam fuisse

se

se; cùm tamen natura unò non nisi ad unum utatur, & nunquam quicquam tale faciat, quale Delphicus gladius sit, censente Naturæ Genio (m) Aristotele.

LXIX. Attractum chylum lacteæ venæ (n) cùm nihil quicquam in corpore nostro otiosum aut immobile, sed mobilia omnia & varium expeditumque opus efficientia cum decenti structurâ, non secus ac Vulcani Instrumenta apud Homer. itaque (o) afficiunt illæ chylum quæ insita vi, quæ partium vicinarum auxilio, ita ut aptior semper ac aptior fiat ad sanguinis formam induendam in Jecore. Non tamen illum (p) præparant modo jecori simillimo, aut in (q) sanguinem mutant, priusquam ad Hepar perveniat, aut (r) conferunt rudimentum sanguinis, qualis per dissectiones in rubris venis quæ ante Hepar sunt deprehendatur: aliud *αυτοψία* si in consilium adhibetur, & (a) propriis oculis non libris, creditur, monstrat, (b) cum nihil in colore mutatus chylus ad Hepar usque per venas istas perferatur, ibi demum antequam scilicet in ipsum Epar excidat, modò subpallidus, modò subrufus conspicitur.

LXX. Deportatus itaque chylus in Epar, ibi in sanguinis formam elaboratur, cujus partem crassiorem Rami Portæ, utiliorem subtilioremque cavæ Radices excipiunt, chylus in ipso Epate ab illius innata vi in sanguinem vertitur, non ut vult (c) Archang. in Portæ radicibus perficitur vi ab Epatis accersitâ carne, ut perfectio sanguis in Hepatis carnem nutriendæ illi deponatur, superfluous in cavæ radices abripitur. Tenuior sanguis quem vena cava excipit per truncum ejus descendentem defertur ad dextrum cordis ventriculum, in quo attenuatur, inde effunditur in venam arteriosam tum ad pulmonum nutritionem, tum ut à pulmonibus aerem frigidum inspirantibus & bronchiis suis ramos hujus venæ amplectentibus communicetur frigus. Per *ἀναστομώσεις* deinde ex venâ arteriosâ in arteriam venosam recipitur, quæ ipsum in auriculam cordis sinistram eructat, exinde in sinistram ventriculum delabitur; ubi ulterius attenuatus in sanguinem arteriosum vertitur, & postea per Aortam pro vitæ singularum partium diffunditur.

C 3

LXXI. Ab.

(m) 1. Pol. 1.

(n) Galen. 4.
Us. part. 2.

(o) Asell. d. l.
c. 14.

(p) Galen. 4.
Us. part. 2.

(q) Id. ibid.
c. 12.

(r) Fernel. 6.
Phys. 2.

(a) Galen. 2.
Us. part. 3.

(b) Asell. d. l.
c. 14.

(c) Ies. 17.
l. 2.



(d) Galen. 4.
us. part. 15.
Cael. Aurel. 4.
c. 18.
(e) Vesal. 1.5.
c. 9. f.
(f) L. 6. ex-
ercit. de subtil.
ex. 2. c. 3.

(g) 3. de
part. 4. & 7.
(h) cap. 10.
seq.

(i) Galen. 1.
Nat. Fac. 15.
(k) Id. 2. E-
juid. 1. & 6.
de Los. Aff. 3.

1. Facult.
Nat. c. 18.

LXXI. Absit nunc ut lienem frustra cum (d) Erasistrato à naturâ esse conditum, aut correfrigerari, ut (e) Arabes voluerunt, aut cû Fr. Ulmo & (f) Æmilio Parisano, in ipso fieri vitalis Spiritus materiam, asseramus; alium ejus esse usum. Experientia docet. Spissior namq; & crassior chyli pars per venæ Portæ Ramum Splenicum ad lienem deportatur, ibiq; insita vi in sanguinem elaboratur pro suo & vicinarum partium quarundam, ut ventriculi, omenti, intestini coli & Recti, nutritione. Unde non immeritò ἀντιζυγον καὶ οἶον νόθον ἢ παρ ab (g) Arist. vocatur, qui etiam expressè dicit, Epatis & Lienis um suesse βοηθεῖν πρὸς τὴν πέψιν τῆς τροφῆς. Pluribus id quoq; probat ex Lienis substantia, & conformatione simili Epatis, situ, Naturæ lusu &c. quod tot & talibus morbis obnoxius est ut Hepar, de Re Medica optimè meritis Caspar. Hofman. in erudito suo, de usu Lienis, libro. (h)

LXXII. Hujus Coctionis Excrementa sunt Serum & Bilis. Epar enim quicquid biliosi occurrit, protinus per meatus bilarios partim per cysticum ad fellis vesiculam, partim per hepaticum ad intestinum Jejunum demittit, ut sua aceditate intestina stimulet, ad expellendas fœces. Aquosum vero humorem seu serum sanguinis Renes per venas Emulgentes (i) attrahunt, (k) venis quamvis nō mittentibus, ubi ad summitatem caruncularum deponitur, è quibus veluti Lac è papillâ in tubulos ureterum exsudat, sensimq; collectû in pelvim, ubi tubuli confluunt per ureteres ad vesicam destillat, & per urethram excernitur.

LXXIII. Peractis his publicis Coctionibus privata tandè subsequitur, quæ singulis corporis partibus competit. Absolvitur autè ista secundum Galen. triplici actione, προσδέσει, προσφύσει καὶ ὁμοιώσει appositione, agglutinatione & Assimilatione. Sanguis namq; à suâ natura paulatim digressurus vergit in humorem quendam Innominatum dictum, qui in spermaticis partibus albescit, in carnofis rubeus permanet. Hic per ἀνατόμωσιν è venis excidens in vacua membrorum spatia, instar Roris dispergitur guttatim & ulteriori coctione lentorem ad instar glutinis acquirit; donec tandem elaboratione

ratione ultimâ in substantiam partis mutetur, & cum illâ naturam suam quasi *cambiat*.

LXXIV. Et hîc rursus *quædam Excrementa* relinquuntur; alterum quidem *tenuè* quod transpiratione quâdam imperceptibili per cutim in halitum dissolvitur; alterum *crasum* sive *sensibile*, quod vel per universum corpus ut Sudor, sordities cuticulæ, vel per determinatas corporis partes, ut sunt mucus per nares, sputum per os, materia quædam biliosa ac flavescens per aures, excernitur.

LXXV. Solvendus nunc restat nodus ille Gordius *num omnes partes corporis sanguine solum nutriantur & alantur?*

Cùm enim sè sanguine omnes animalis partes cõdite primitus; iisdem vero asserente Philosopho, sustentemur, quibus compagis nostræ prima origo debeatur, qui etiam 2. de part. Anim. 3. 4. de part. 2. 2. de gener. 4. & 3. de gener. 1. expressè sanguinem esse animalibus sanguineis alimentum ultimum omnium partium, ex sanguibus verò id quod vice sanguinis habetur analogum, statuat, idcirco hic pro Aristot. tanquam pro aris & focis contra illos qui ipsi dicam scribunt, pugnamus. Ad quam enim partem venæ pertinent, ei necessario pro nutrimento sanguinem esse, Galen. ipse fateri necesse habet.

Galen. 2. de
Elem. 2. & 4.
2. de Anim.
2. 4. gen. A-
nim. 8.

2. de placit. 8.

LXXVI. Non enim ventriculus, solo chylo vera & propria nutritione alitur, ut Valles. autumat; nec exterior tunica solo sanguine, interior chylo, ut hariolatur Avic. nec superior & nervosior pars chylo, inferior carnosiorq; solo sanguine, ut cum Averroë Zoar. 1. 2. tract. 5. c. 1. existimat, aut Valles. opinionem defendentes Joubert. Peramatus (lib. de Anim. facult. c. 7.) Hieron. Montalt. (de homine sano l. 1. c. 26.) sed ventriculum more & conditione reliquarum partium proximè non nisi sanguine ali, cum gravissimis in Re Medica Authoribus Fernel. (l. 6. Physiol. c. 1.) Andr. Vesalio (l. 5. oper. Anat. c. 5.) Reald. Columb. (l. 11. de Anat. c. 4.) Ludov. Mercato (tom. 1. oper. l. 1. part. 4. de partib. class. 3. q. 112.) Archangelo (l. 2. Prælect. Anat. lect. 16.) Paræo (l. 2. chirurg. c. 14.) Fab. Pacio (in l. 7. M. M. c. 5.) Laurentio (l. 6. Anat. quæst. 20.) Bauhin. (l. 2. Theatr. Anat. c. 46.) statuimus.

Contr. Phil.
& Med. 1. 14.
& 2, 3.
l. 1. fenest. 1.
dr. 5. sum.
2. 5. c. 2.
2. collig. c. 9.
Parad. 5.
dec. 2.

LXXVII.

LXXVII. Ubi enim copia venarum est, ibi certè quo-
 que nutrimentum à sanguine, ipso suffragante Galen. In su-
 per Embryo in utero existens, ipsa animalia hiberno tempo-
 re in latibulis degentia se lonutriuntur sanguine. Nec nu-
 triri potest chylo tanquam pars membranosa, aliàs enim re-
 liquæ partes nervosæ, membranosæ & ventriculo similes chy-
 lo nutrirentur, quod tamen non contingit. Et cum, dicente
 ipso Galeno, variis in locis, nihil nutrire possit, ne vinum qui-
 dem, etsi id, ut nutriat minimam omnium mutationem desi-
 deret, nisi in ventriculo & jecore moram traxerit, nisi (†) o-
 mnes quæ in medio sunt mutationes transierit: nec ex (*) iis,
 quæ devorentur, sed ex iis, quæ confecta subactaque in ven-
 tre, in jecore mutata in sanguinem sint, alimentum toti cor-
 pori suppeditetur: quomodo chylus levi alteratione affe-
 ctus statim possit nutrire & ventriculi partibus apponi, as-
 similari?

LXXVIII. Nec obstat quod hinc recedamus à Galeno
 & ipsius asseclis quibus ille τὰ πάντα est, idemque ἀναμάρτη-
 τος. Dubius enim hæc in re ipse est, nunc prioris nunc po-
 sterioris sententiæ defensor & ὁρίμαχος. Nunc Aristo-

telem laudat, quod sanguinem dixerit omnium partium ali-

mentum: (b) nunc ferri describique in omnes animalis par-

tes ex jecore sanguinem, & ex eo sic descripto (2. de placit. 8.
 8. de placit. 4.) divisoque suum & proprium nutrimentum sin-

gulis accedere: (c) nunc hepar principium nutrientis fa-
 cultatis constituit: (d) alibi sanguinis transmutationem

eam, quæ simpliciter optima est, ipsam partium animalis nu-
 tritionem definit: (e) alibi denique expressè in hæc erum-

pit verba: fit post ibi sumtionem ut & venæ ad cibos simul
 se convertant, & ventriculus ex iis, quantum prius per venas

est exhaustum in seipsum trahat: attamen alibi audet pro-
 nuntiare constringi ad cibos ventrem, ut accommodatum

sibi ex iis alimentum eliciat: alibi: trahere & retinere ut e-
 jus, quod in qualitate conveniens consentiensque est sibi, ali-

quam partem capiat; tandemque: quod in cibo optimum
 est, id halitus specie paulatim in sese allicere, sugendo in tu-
 nicas

2. de placit. 8.

2. de Anim. 2.

8. 4. gener. an.

8. 3. de temp. 2

(†) 1. Facult.

nat. 10.

(*) 11. Metb.

N. 15.

Galen. 1. quod
 an. mores c. 7.

(b) 2. Fac. nat.

1. 3. de Symp.

caus. 2. 4. Us.

part. 13.

(c) 5. de Loc.

Aff. 1.

(d) 2. Aph. 47.

(e) de Symp.

caus. c. 7.

6. de placit. 8.

3. Fac. nat. 7.

3. Fac. nat. 12

nicas suas reponere, iis adjungere, agglutinare, denique assimulare. Quapropter cum hac manifestam contradictionem incurrant, quis vitio vertet, duos armatos cum videamus, ad fortiorem Aristotelem, ut anus illa à Rege Philippo à dormiente ad vigilantem confugere.

LXXIX. Ipsa denique ossa, non medullâ, ut (a) Hippocr. & (b) Galenus autumant, nutriri, sed sanguine rursus cum Aristotele determinatè id. 2. de part. animal. 6. affirmante adstruimus. Cum enim medulla ob contrarium temperamentum calidum nempe & humidum frigidis & siccis ossibus existentibus sit ineptissima; præterea medulla pinguedo sit, pinguedo verò excrementum utile non alimentum sit corporis; nec denique omnia ossa, veluti parva, medullam in se contineant, ipso etiam Galeno teste, aut ossa quædam ita solida, ut nullam omninò habeant medullam, ut de leonum ossibus scribit Aristoteles, non videmus, cur in Galeni castra sit ab Aristotele descendendum, sed asserendum sanguinem per venas, quæ sibi foramina etiam in durissimis ossibus efformarunt, per quæ transeant, alimentum deducere, ut videre est in Calvariâ, Femore & Tibiâ.

LXXX. Restat denique *Nutritionis causam Finale* adjungere. *Intermedius* ergò. Finis est restauratio materiæ quæ effluxit. Cum enim Balsamum istud nativum continuè depascatur aliquid de Humido radicali, in quo nidetur, adeoque de substantiâ corporis furtim quasi aliquid delibet, quamvis quantillum sit, tanti tamen est momenti, ut nisi cottidie reparetur, intra breve tempus & ipsum calorem absumto pabulo & vitam destructo stabulo perire oporteat: undè necessariò perdurat hæc periodica fluxus & refluxus humidi calidiqve nativi vicissitudo.

LXXXI. Absit enim ut Lombardi sententiam admittamus, qui vivens statuit non acquirere novam substantiam, sed cum eâ quam accepit per primam generationem, per totam vitam conservari; ideò autem alimento indigere, ut sit pabulum caloris naturalis circa quod operetur, ne agens circa substantiam propriam viventis eam consumat; & hæc

D, ratione

Petron. Satyr.
Plutarch. apophteg.

lib. de alim.
(b) 11. de Us. part. 18 & 3. nat. Fac. c. ult. S. Adrian. Spiegel. l. 2. de corp. Hum. Fabr. c. 4.

lib. de ossib. ad Tyron.

3. Hist. An. 7.

l. 2. d. 30.



Mat. 15. v. 17
part. 1. q. 1.
I. art. 1.

ratione alimentorum conversionem in sola excrementa fieri. Fallitur egregie! Nec recte intellexit verba Salvatoris nostri, aientis omne quod in os intrat in ventrem abire, & per secessum emitti, cum, explicante D. Thoma, illius loci mens sit, nullum cibum quo vivens utatur adeo purum, quin secundum maximam ferme partem in ventrem abeat ac fecernatur.

Secl. 1. aph. 14

Galen. 1. Pror.
rhet. text. 20.
Argent. in cō-
ad cit. Hippoc.
aphor.

LXXXII. Non verò eadem materiae restaurandae servatur Quantitas. Vel enim servata proportione Arithmetica tantum nutrimenti praecise reponitur quod fuit absumtum. Vel plus corpori accedit, quam abscescit, quod demonstrant τὰ αὐξανόμενα, quae πλείους δέται τρηφῆς, quia ut Hippocrates ait; πλείον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. εἰ δὲ μὴ τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. Cum enim pueri crescentes aquea & aerea substantia abundant, quam calor ipsorum aereus & igneus, qui perpetuo movet, nec sinit quiescere, facillime dissolvat & dissipet: ipsorum praeterea concoctrix facultas adeo valida & calida, ut ex concoctionibus nullam relinquat materiam semicrudam, quae in senibus saepe in alimentum vertitur, maxime necessarium ut alimentum majori quantitate exhibeatur; tum ad partes exanitas restaurandas, tum ampliandas. Ita quoque iis, qui ad αἰκμήν suam pervenerunt, haec Nutritio major absumptione requiritur ad semen prolificum vel pinguedinem generandam. Ita Athleta cum validis exercitationibus auxissent calidum nativum, πρὸς ἀνάγκην quoque multos cibos & colliphia sustentandis & reficiendis validis lacertorum viribus ingerere opus habuerunt, ut patet ex Julio Alexandrin. Sic cum αἰ κοιλία χειμῶν ὅτι καὶ ἦρος θερμότερα φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι, ἐν ταύτησιν ἐν τῆσιν ὥρησι καὶ τὰ πρὸς ἀέρματα πλείω δοτέον: καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμόν πλείον ἔχουσι (quia per externi circumstantis aeris frigiditatem calor externas partes deserit, & ad internas propulsus refugit) τρηφῆς ἐν πλείον ὅτι δεονταί, affirmante Medicorum Antesignano. Vel denique minus restituitur quam absumtum est, idque fit vel naturaliter in

l. 22. salub. c. 6.
Hipp. secl. 1. a-
phor. 15.

in Senibus plerisque ob debilem calorem & siccam corporis temperiem; vel præternaturaliter in morboſis tabe aut atrophiâ laborantibus, quæ brevem viventis interitum minatur.

LXXXIII. Finis denique, ut colophonem imponamus, *ultimus* est conservatio individui usque ad tempus à naturâ præscriptum. Absque enim hoc nutritionis beneficio omne vivens velut herba solstitialis oriente sole propululans, circa μεσημβριαν τὸ τῆς Φωτὸς ἀκμαιοτάτων seu maturo die marcescens, moriente die in noctem quoque deficeret & exspiraret. Non tamen exinde sequitur nutritione in dies restauratâ vitam perpetuò posse extendi. Aëreus enim qui ex primis principiis inditus est humor per multas concoctiones in ventriculo, Epate, habitu corporis & in testibus elaboratus est; qui verò ex nutritione additur humor, elaboratione in testibus privatur; undè non ex alimenti naturâ, sed ex coctionum numero humor qui additur, nequit esse prorsus similis ei qui dissolvitur, sed semper deterior evadit substantia, quæ reponitur si cum priore comparatur, & ut scitè ait Sennertus, quod in locum humidi radicalis reponitur, habet se sicut aqua ad vinum, quæ vino permixta id debilius reddit. Itaque calor qui vitæ aliàs auctor est, per accidens quoque interitus sui causa est, dum jucundè pabulo humidi radicalis fruitur, ipsum depascitur, ipso itaque deficiente, ipse etiam extingvitur, pari ratione ut flamma consumto oleo aut sebo lychni emoritur.

*Job. Argenter.
comm. in a-
phor. 1. Hipp.*

*l. 1. Instit. Med.
c. 5. p. m. 43.*

LXXXIV. Exhibitis nunc variis Missibus, & pro virili expositâ Nutritionis Essentiâ, hic lapidem ponimus terminalem, mensas omnes remoturi, ubi priùs fuerunt sequentia degustatâ & delibata.

BELLARIA.

1. *An Medicus quis qui non Philosophus? N.*
2. *An mulieres sint calidioris Temperamenti viris? N.*

D 2

3. U-



3. *Utrum in vigiliis an verò in somno melior
ciborum concoctio in ventriculo. A. Prius.*

4. *An lien cursoribus possit eximi? N.*

5. *An sanguis ad generationem spiritus vi-
talis per septum exsudet, an verò per arteriam
venosam ex dextrò ad sinistrum ventriculum
deferatur. Posterius A.*

FINIS.



Leipzig, Diss., 1645/49


ULB Halle 3
003 265 218



Sb.

WMA







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1647, 7

17

ΦΙΛΟΣΟ-
S^N PHYSICÆ
exhibens;

*ci indultu & permissu
onvivi Patre
tantissimo*

WALTHERO,
S, Theol, Stud.
ustandum

ndus
S SACHS, Vratisl,
didatus,
horum consveta
natus.
Novembr.
XLVII.

TIMOTHEI HÖNII,

L. D. Michael

